

Casus mense Septembris solvendus.



Maura in peccato cum Anatolio vivens, homo dives sed valde incredulus, cum gravida esset et medicus non tam ob valetudinis causam quam ad occultandam infamiam mulieris, ad locum extra civitatem iussit eam deferri; ibi post quatuor die parturiens erat sed quasi moritura; tunc Anatolius, mortem securam et proximam credens, se matrimonium cum illa contrahere dixit, attamen sine voluntate. Parochus loci adscitus ambigit an ad matrimonium adsistere possit, primo, quoniam contrahentes non sint domiciliarii illius loci; secundo, quia Anatolius ei dixerat, se voluisse ceremoniam matrimonialem fuisse, tantum ad Maurae quietem, sed ille nec in eas ceremonias unquam credidisse, nec nunc eas formaliter accepisse.

QUAERITUR: Utrum Parochus ad matrimonium assistere queat; quomodo se in casu habeat? Quid de domicilio matrimonium contrahentium statutum est?